

ipsius et fidelitate quam habere uidetur erga nostrum dominium, fiat sibi gratia 10
quam petit. Uadit pars, quod fiat gratia dicto Michaeli, quod rectores nostri in-
sule Crete, si et quando eis uidebitur, possint constituere dictum Michaelem in
preconem uel seruientem, non obstante puncto suarum commissionum.

33—de non 19—non sincere 5.

14

4

Διὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ δουλοπαροίκου Μιχαὴλ Βαρβαρᾶ υἱοῦ τοῦ Βάρδα Βαρβαρᾶ ὁ Ραῖνούτσος
Ζένος υἱὸς τοῦ Πέτρου σύζυγος τῆς Μπαριόλας θυγατρὸς τοῦ Ἀνδρέου Καλλέργη υἱοῦ τοῦ
Ἀλεξίου Καλλέργη ἐκ Κρήτης, δικαιούται ἀποζημιώσεως ἢ ἀντικαταστάσεως δι' ἄλλον δουλοπα-
ροίκου. Ὁ Μιχαὴλ Βαρβαρᾶς ἀπηλευθερώθη διότι ὑπῆρξεν ἐξ ἐκείνων, οἵτινες συνέλαβον τοὺς
ἀρχηγοὺς τῶν ἐπαναστατῶν Βάρδαν Καλλέργην, τὸν υἱὸν τοῦ Σήφην, τοὺς ἀδελφοὺς Σήφην, Μιχαὴλ
καὶ Λέοντα Σηφοπούλους καὶ τὸν Θεόδωρον Μελησσινόν. 1341, Αὐγούστου 13.

F^o 3^{to} Millesimo trecentesimo XLI, die XIII Augusti.

1

N^o 25. Cum mobilis uir Raynucius Geno filius uiri nobilis Petri Geno expo-
nat quod feuda quondam uiri nobilis Alexij Calergi de Creta prius obitum
eius deuenerunt in uirum nobilem Andream Calergi eius filium que feuda nunc
deuenerunt in dictum Raynucium Geno uirum Beriole filie dicti Andree et cum 5
quidam uillanus eius de ratione dictorum feudorum ser Michael Uaruara filius
Uarde Uaruara fuerit franchatus eo quod fuerit de illis, qui ceperunt Syphopulos
capita rebellium nostrorum dicte insule, tempore regiminis nobilis uiri Blasij
Geno contra ducham Crete iuxta formam banni tunc publicati pro talia capitum
rebellium pro dicta nouitate sedanda. Nec de damno quod habuit de franchitate 10
dicti sui uillani nullam retributionem habuerit; unde supplicauerit nobis quod
cum non sit equum quod occasione rei facte pro communi bono totius insule, una
persona specialiter sentiat detrimentum, dignaremur ordinare et committere nos-
tris duche et consiliarijs Crete quod debeant eidem Raynucio dare alium uilla-
num loco franchati uel restaurum ydoneum. Et cum ser Adam Barbaro olim 15
noster consiliarius Crete dicat quod uidetur ei quod dictus Raynucius petat ius-
tum et quod credit esse bonum quod dicta satisfactio fieret per modum quo in
simili casu fuit facta tempore Johannis Sanuto duche pro quodam uillano cuius-
dam feudati de Chanea franchato. Et ser Marinus Uenerio et ser Marcus Braga-
dino olim consiliarij Crete dicant quod uideretur eis quod committatur duche et 20
consiliarijs Crete quod debeant prouidere et dare restaurum de dicto uillano ut
sibi conueniens apparebit. Et Dardi Delphino olim consiliarius Crete dicat quod
non audiuit quod alicui existenti ad similem conditionem fuerit factum aliquod
restaurum pro uillanis franchatis quod si inueniretur credit equum fore quod si-
militer fieret predicto Raynucio. Et cum uir nobilis Nicolaus de Priolis olim du- 25

cha Crete et eius consilium respondet quod pro captione et destructione Uarde Kalergi, Sifi eius filij ac etiam Sifi, Michaelis et Leonis Sifopulorum et Theodori Melisino capitum rebellium nostrorum franchati fuerunt uillani L inter quos est iste Michael Uaruara qui similiter fuit franchatus; uadit pars quod dicto Raynucio
 30 Geno fiat restaurum uel de alio uillano uel de moneta, scribendo super inde duche et consiliarijs Crete quod faciant ei in hoc, sicut eis melius uidebitur pro communi.
 32 14—de non 30—non sincere 14.

5

Περὶ παραχωρήσεως οἰκοπέδων ἐν Χάνδακι διὰ δημοπρασίας συμφώνως πρὸς τοὺς ὅρους τοὺς διαγραφόμενους ἐν τῷ θεσπίσματι. 1341, Ὀκτωβρίου 6.

Fo 12^r No 96. Millesimo trecentesimo XLI, die VI octubris.

Capta. Uisis et examinatis et plenius intellectis responsionibus et consilijs rectorum olim respondencium et consulencium super facto territorij uacui positi in burgo Candide et consilio sauiori habito super inde consulunt dicti sapientes
 5 quod cum ipsum territorium communi utile uideatur et possint filij in comodum non modicum redundare scribatur duche et consiliarijs Crete quod deinceps cuilibet uolenti de ipso territorio per incantum debeant deliurare, et qui super ipso plus ponerit illi debeant deliurari sicut alie res que ibi per incantum more solito deliurantur, quod incantum duret uno mense ad minus, nec posset deliurari nisi in die
 10 dominica. Ita tamen quod de dicto territorio ducha et consiliarij non possint incantare pro uice ultra XII passus in longitudine cum latitudine competenti quantum eis uidebitur expedire dando et deliurando dicta territoria ad XXVIII annorum ad renouandum secundum consuetudinem deinde. Et antequam ipsi ducha et consiliarij deliurent territoria supradicta debeant ire ad uidendum et examinandum ipsa et ponere confinia, ita quod dicta territoria non transirent alias posset
 15 taliter quod deuastarent stratas, intendentes quod istis tribus mensibus infrascriptis, uidelicet a prima die Julij usque per totum mensem septembris dicti ducha et consiliarij dicta territoria non debeant incantare. Set si accideret quod aliquis peteret de dictis territorijs dominacioni non possit fieri ei gratia de dicto territorio quod peteret nisi dominacio habuerit responsiuam a ducha et consiliarijs
 20 quanti ualoris sit illud territorium sic quesitum.

6

Fo 16^r Περὶ ἐκλογῆς ὑπὸ τοῦ Δόγη, τῶν συμβούλων καὶ τῶν προέδρων τῶν 40, πέντε σοφῶν, οἵτινες ὀφείλουσι νὰ μελετήσωσι τὴν ἀλληλογραφίαν τῶν πρεσβευτῶν Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Βαΐλου Εὐβοίας, τῶν ρεκτόρων Κρήτης καὶ Ρωμανίας, καὶ νὰ εἰσηγηθῶσιν ἐγγράφως. Προθεσμία τῆς ὑποβολῆς τῆς εἰσηγητικῆς ἐκθέσεως μέχρι τῶν μέσων προσεχοῦς μηνός. 1341, Νοεμβρίου 17.

